

Collectio Herovalliana 23, 15

[Iv fol. 81v; Pa fol. 89va; Pb fol. 114r; Pc fol. 125r; Pd fol. 26r; Pe fol. 47r; Po fol. 12v]

CAP. XV.

Si infantem in periculo constitutum pro^a maxima^a necessitate^b cum vas^c aut cum manibus aqua^d in nomine sanctae^e trinitatis baptizaverit, firmiter^f permanebit, praesertim cum necessitas haec^g exposcat.

a-a) proxima *PePo*. b) necessitatem *Pd*. c) vase *PbPePo*. d) aquam *Iv*. e) sancti *Pd*. f) firmitus *Pa*. g) hoc *PePo*.

XIII. De presbytero, qui baptizavit nesciens symbolum nec orationem dominicam nec psalmos et an ipse ordinatus esset.

De illo presbytero¹⁴⁶, qui baptizavit, tamen nec symbolum nec orationem dominicam nec psalmos tenet nec scit, si episcopus eum benedixit, hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti praesumpsit, amittens sub districta poenitentia et in monasterium mittatur et omnibus diebus vitae suae plangens, quod incongrue egit, degat vita monastica¹⁴⁷. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctae trinitatis baptizati sunt, in hoc baptismo permaneant.

Collectio Herovalliana 23, 16

[Iv fol. 81v; Pa fol. 89va-vb; Pb fol. 114r; Pc fol. 125r; Pd fol. 26r; Pe fol. 47r; Po fol. 12v]

CAP.^a XVI^a.

Presbyter, qui orationem dominicam non tenit^b nec symbolum neque psalmos^c nec^d scit^d, si episcopus fuit, qui eum benedixit, hic primum omnium dignitatem, quae^e illicite^f praesumpsit, amittat et sub districta poenitentia omni^g tempus^h vitae suae in monasterio degat. Infantes vero, quos in sancta trinitate baptizavit, baptizati permaneant.

146) Vgl. die Antwort des Papstes Zacharias auf eine Anfrage des Bonifatius aus dem Jahr 747/748: Erroneos simulatores sub nomine episcoporum vel presbiterorum, qui numquam ab episcopis catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo et minysteria aecclesiae confundentes ... nec docent nec quaerent ab eis, quos baptizare debent, id est abrenuntiatione satane et cetera, sed neque signacula crucis Christi eos muniunt, quae precedere debent baptismum ... *S. Bonifatii et Lulli epistolae (wie Anm. 26) ep. 80, S. 175f.*

147) Zur Einweisung ins Kloster siehe oben Anm. 142.